

Archives d'Anjou. Recueil de documents et mémoires inédits sur cette province publié sous les auspices du Conseil général de Maine et Loire, Cartae de Camilliaco, Nr. 2

Notum sit... quod quidam miles, nomine Guido de Rupe Forti cognomine Tortus, calumpniabatur nobis medietatem decimae de quadam terra, quae vocatur Guaulterescha, pro eo quo de feuo suo erat atque sine sua permissione nobis tribuebatur... Accidit quod Guido iturum se in Jerusalem devovit. Cum nequaquam sumptus haberet unde tam longam viam arripere potuisset, cuidam nepoti suo Hatoni foicum omne suum tradidit, eo quod aliumhaeredem propinquorem non haberet... Quod cum dominus Odo prior cellae hujus audivit... studuit eum rogare quatinus calumniam de decima... nobis benigne dimitteret. Hoc se facturum spopondit si ei viginti solidos nummorum tribuerentur... facto pacto... Conventionem viderunt testes isti: Petrus filius Ulrici, Morinus de Malo Levrerio, Petrus Guitonius, Guitonius Andegavensis, Odo de Sancto Petro, Gaufredus Brito.